

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthias Benoni Hering

**Ad Dies Festos Spiritus Sancti Tertiae Deitatis Personae, Consolatoris Totivs
Hvmani Generis Certissimi Et Optimi Pie Devoteqve Peragendos, Cives O. O. ...
Pro Officii Ratione, Pavca De Spirity Sancto Interpellatore Præfatvs, Excitat &
Adhortatvr**

Rostochii: Typis Iohannis Iacobi Adleri, [1746?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004034199>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1746 Pfingsten

M_1256. 287.

Kk.1746

AD
DIES FESTOS
SPIRITVSS ANCTI
TERTIAE DEITATIS
PERSONAE,
CONSOLATORIS TOTIVS HVMANI
RIS CERTISSIMI ET OPTIMI
PIE DEVOTEQVE PERAGENDOS,
CIVES O. O. HONORATISS
PRO OFFICII RATIONE, PAVCA
DE



SPIRITV SANCTO
INTERPELLATORE

PRÆFATVS, EXCITAT& ADHORTATVR

MATTH. BENONI Sering,

I. V. D. COD. PROF. DVCAL. PVBL. ORD.

ET CONSIST. DVCAL. CONSILIARIUS

HODIE ACADEMIÆ RECTOR.



ROSTOCCHI,

TYPIS, IOHANNIS IACOBI ADLERI, SERENISSIMI PRINCIPIS
ET ACADEMIÆ TYPOGRAPHI,

M. 1256 287



IOH. XIV. 16. 17.

Ego autem rogabo Patrem, & alium Consolatorem dabit vobis, ut apud
vos maneat in aeternum. Nempe Spiritum illum veritatis.

Ante aliquod tempus, memini, *Virum de Christi Ecclesia*
longe meritissimum, & Ecclesiae, quae Hamburgi Christo colligitur,
venerandum Seniorem Dn. WAGNERVM in der Neuen
Gammlung von Kanzel & Reden; quaestione de Interces-
sionis Spiritus S. natura & indole occasione dicti Rom. VIII. 26.
sq. ventilandam proposuit. Quamuis ego vero a limine Mini-
strorum Ecclesiae, quibus pertractatio thematis potissimum com-
mittebatur a Viro summe Reuerendo, longe sim remotus:
*officio tamen meo, Vos, *Cives Academiae O. O. Honoratissimi!* ad prae-*
sens festum Spiritus Sancti sanctissimum non minus, quam ju-
cundissimum pie peragendum, pro viribus excitandi, nullam a-
liam conuenientiorem iudicauit meditationem, cum mihi simi-
litudinem inter causae patronum in foro humano & Spiritum
Sanctum Intercessorem inspicere datum est. Ne autem deroga-
re

re videamur, quae Saluatori nostro, DEO & homini pro ratione Officii ipsius Sacerdotalis, quod satisfaciendo perficitur & interpellando, propria sunt, duo nobis a benignissimo DEO concessos esse causae Patronos, IEsum CHristum Redemptorem, & Spiritum sanctum Sanctificatorem, bene erit notandum. Sicuti sacerdotio CHristus gaudet perpetuo: ita in aeternum vivit, vt pro nobis interpellet Hebr. VII. 24. 25. Et merito ad eum tanquam Aduocatum apud Patrem validum & iustum, ad rationem DEQ peccatis nostris ad iram excitato reddendam, citati configimus I. Ioh. II 1. Cum autem e terra sublatus, & in dextra DEI collocatus est: DEum Patrem suum ipse rogauit, vt alium Consolatorem siue Causae Patronum, ne visibili eius praesentia destituti nimis angamur, nobis dare velit, qui apud nos in aeternum maneat Ioh XIV. 16. Habemus igitur alium Consolatorem IEsum Mediatorem, qui interpellatione vera, reali ac propria, maiestate tamen ipsius digna apud DEum Trinunum omnium hominum causam, specialiter autem fidelium in aeternum egit & aget Rom. VIII. 34. Ebr. VII. 24. sq.; alium Intercessorem Tertiā DEItatis Personam, qui in corde fidelium clamat: Abba, Pater! Gal. IV 6. & infirmitatibus nostris auxiliatur: siquidem hoc ipsum, quid oraturi simus, vt oportet, non nouimus; sed ipse Spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus Rom. VIII. 26 Quam intercessionum differentiam David Pareus Oper. Theol. Exeget. Tom. III. Aduers. in Epist. Ioannis Cap. II 1 expressurus: CHristus, inquit, est Aduocatus, intercedens apud Patrem valore sacrificii sui (non sola, vt Pareus ad Loc. Heb. VII. 25. LL. c. c. se explicat, apparitione perpetua Mediatoris ante thronum DEI, & perpetuo sacrificii semel peracti vigore coram DEO, quod intuens Pater aeternus peccatorum nostrorum non recordatur amplius, sed vera, reali atque propria, vt docet nostra Ecclesia, interpellatione.) Spiritus etiam sanctus dicitur Aduocatus: QVIA FACIT, VT OREMVS. Rom. VIII. Quilibet autem, qui nexum totius capitii VIII. ad Romanos perspicit, facile conuincitur, Spiritum hoc loco Sanctum, Tertiā in DEItate Personam intelligi, & interpretationem Chrysostomi in hunc locum omni

)(2

veri

veri similitudine destitui. In errore enim versatus, hoc loco
 dona Spiritus, vel donis Spiritus, quorum catalogus i. Cor. XII.
 & XIV. recensetur, instructum intelligit, vt ille, qui donum siue
 Spiritum precationis habet, pro vniuersa multitudine precetur.
 Cum enim, rebus per turbatis, alii nescirent, quid esset orandum,
 veniebat, inquit, in unum aliquem precationis donum, & quid pro-
 desset ecclesiae omnium constitutus loco orabat, & alios, quid orandum
 esset, instituebat. Stans enim, qui honoratus erat dono, gemitibus in
 enarrabilibus, hoc est, multa compunctione multisque gemitibus iuxta men-
 tis intentionem ad DEum supplicantibus, quae prodecessent omnibus, ora-
 bat. Sed habemus, quod responderi potest. Vbinam Spiritus
 precationis vni soli vel aliquibus tantum collati vel conferen-
 di mentio est facta? Inter dona i. Cor. XII. & XIV. recensita il-
 le non refertur Spiritus. Gratiae vero atque precum Spiritus ex
 clementissima DEI promissione non super paucos, sed totam Da-
 vidis domum h. e. vniuersam ecclesiam effundendus est Zach. XII.
 10. Ne dicam, solationem illam, quam Spiritus sanctus ecclesiae
 afflictæ voluit esse perpetuam, alioquin ad praesentia non perti-
 nere tempora, cum donum illud cum miraculis aliis iam pridem
 cessauit. *Vid. pluribus ad hunc locum Pareus LL. cc.* Qua ratione
 autem patrocinium ecclesiae atque fidelium Spiritus S. in se su-
 scipiat & feliciter peragat, quaestio est altioris indaginis. Plu-
 rimi Patrum atque Doctorum illam intercessionem metonymi-
 ce, causaliter & effectiue, non vero proprie interpretantur. In-
 ter quos Augustinus Tract. VI. in Ioh. Tom. 9. col. 49. Non
 ergo Spiritus sanctus, inquit, in semet ipso apud semet ipsum in illa
 Trinitate, in illa beatitudine, in illa aeternitate substantiae gemit, sed
 in nobis gemit: QVIA GEMERE NOS FACIT. Nec minus Phi-
 lippus Henr. Friedlibius Theol. Exeg. Tom. II. Obs. in Epist. ad
 Rom. VIII. 26, Clas. IV. Obi. docens: Non sunt haec, inquit, in-
 telligenda crassiori modo, quasi suspirare, ac ad pedes Patris aut Filii
 aeterni prostratus orare fingatur Spiritus sanctus - - - sed CAVSA-
 LITER ET EFFECTIVE, hoc sensu: PRAETER OPITVLATO-
 REM NOSTRVM, QVI SOLVS EST CHRISTVS, ET PRO
 NOBIS INTERCEDIT, IPSE SPIRITVS SANCTVS NOS FA-
 CIT

CIT CLAMANTES, VT DEVS NOS LIBERET. Plurimi autem & hodierni Theologi in eam inciderunt sententiam, vt Spiritum Sanctum non effectiue solum, sed & proprie atque formaliter pro nobis causam agentem venerentur. Quorum doctrina non abhorremus. Cum enim Spiritus sanctus omne, quod cogitamus & operamur bonum, viribus suis, mediante verbo diuino, in nobis producit, ita, vt orando, neque verba, neque suspiria coram DEO effundere possimus. quae nobis non suppeditauit: nihil dubii est, quin proprie & formaliter pro nobis orare audiat, & intercedere. Quis est, qui proprie causam agat, cum clientes, adstantibus causae patronis, coram iudicio appareant, & ea tantummodo verba balbutientes proferant, quae causarum Patroni in ipso actu ipsis suggerunt? Omnium iudicio aduocatus proprie causarum actor est & habetur. Eadem est natura & indole Spiritus Sancti pro nobis intercessio. Quod si Tertia Deitatis Persona proprie & formaliter auctor est Scripturae Sacrae 2 Pet. I. 21. & fidei atque vitae renovatae Tit. III. 5. 2 Cor. IV. 13. Gal. V. 22. non obstante, quod sancti viri ab ipso acti sint locuti, vel quod, non ex semine mortali, sed ex immortali per sermonem viuentis DEI & manentis in aeternum renati simus 1 Petr. I. 23: nulla causa neque ratio subest, quare illi vero & optimo causarum Patrono propriam atque formalem denegemus intercessionem. Interpellat ergo efficiendo nostras preces & suspiria ipse, in & cum nobis, nec ulli nostrum, gratiae ipsius non repugnantium auxilio suo deerit atque patrocinio. In causarum patrone iuris peritiam, consultationem atque prudentiam non sine ratione desideramus. Quis enim munia aduocati feliciter obire potest, qui habitu leges interpretandi destitutus, instar legulegi, omnia in peruersam mentem rapit, nec vere nouit, quaenam clientibus proficia, quaenam e contrario ipsi noxia? Ille neque clientes erudire potest, quid iuris sit, neque aliorum interpretationes, consulto ad circum veniendum excogitatas evenertere, & causam suam feliciter defendere didicit. Sed sola peritia sua parum aduocatus afflitas res adiuuabit, nisi consilia periculi effugiendi salutaria promittus inuenire, leges, easque causae potissimum inseruientes suppeditare

tare, atque ita accommodare est edictus, vt ad facta applicatae felicem promittant effectum. Quibus in mediis iuris in primis Consultus versatur, & Prudentem iuris hoc modo subleuat, vt leges ad facta applicando, reos peccati conuincat, vel media, quibus adhibitis, iudex ad sententiam victricem electi potest, adhibeat, atque denique reos partim deprecando, partim a throno iustitiae ad gratiae thronum appellando, partim sponsorem & mediatorem offerendo expediat. Quae omnia, sicuti non rabulae, sed aduocati, eiusque perfecti sunt requisita, in Spiritu Sancto, & longe plura atque maiora deprehenduntur quam certissime. Quis unquam dubius haerere potest, num Spiritus sanctus, qui omnia, & ipsam immensam DEI essentiam scrutatur, atque nouit, quae in DEO sunt, I Cor. II. 10. 11. cognitione iuris diuini, consultatione ac prudentia, vt ita loquar, gaudeat? Et quis est, qui non concedat lubentissime, illum Spiritum, DEum misericordiae plenum & gratiae, minimeque fallacem, auxilio nobis coram iudicio DEI laborantibus venire velle, cum eum in finem a Patre & Filio, vt nobis sit solamini, missus est. Ioh. XIV sqq. Ex ipsis autem actibus gratiae Spiritus S. applicatrixis, nisi omnia me fallunt, munus interpellandi, quod in se suscepit, quam optime elucet, vt non suspiciis & gemitu solum in corde nostro, sed etiam nos docendo, illuminando, regenerando atque renouando aduocati officio fungatur. Veh, quanta est coecitas hominum, sibi sapientium! Imagine DEI priuati in tenebris oberrantes, neque DEum, neque eius voluntatem & leges cognoscimus. Interim quotidie infinitis peccando modis feruidissimam in nos iram diuinam magis magisque acuimus. Quo fit, vt ab infinita ipsius iustitia in ius vocemur, aeternis adiudi candi suppliciis. O miseranda hominum conditio, quibus securis & fere nesciis certa grauissimaque contingere condemnatio, nisi diuinus causarum Patronus sponte se offerret, illosque periculum, mediaque irae diuinae effugienda doceret! En Consolator noster, Spiritus veritatum apparuit, a Patre & Filio missus nos omnia docet, & in vniuersa nos dicit veritate. Ioh. XIV. 26. XVI. 13. Doctrinam Legis diuinae nobis ignaris ante oculos ponit, quae facienda, & quae sint fugienda, ostendit, ac veram Legislatoris mente,

tem nobis aperit, quae in DEO sunt, optime gnarus 1 Cor. II. 11. Col. Iatione autem Legis & factorum nostrorum facta, eorum disconuenientiam cum Lege inspicere docet, nosque delictorum & peccatorum arguit, & representatione iustitiae diuinae laesae, poenitentia atrociissimis infernalibus nos securos commonefacit, terret & conterit. Longe alia itaque totius humani generis Patroni est ratio, ac non nullorum propter in foro humano causidicorum, qui clientibus suis modo fucum faciunt, modo ad quodvis facinus DEO & conscientiae contrarium impellere committendum, quam eorum iniusta facta detegere, & a proposito malo detergere malunt. Sed genuinus noster Aduocatus in illo terrore nos non defert, ignorantiam suam contendo, vel auxilium suum efficacissimum denegando. Consilia & nouit & suppeditat saluberrima, quibus initis, neque ante Judicis alias seuerissimi faciem erubescimus, neque auctori nostro Moysi, & calumniatori Diabolo succumbimus. Salutarem nobis Euangelii doctrinam de sufficien-
tissima JESU CHRISTI DEI & hominis satisfactione proponit, & eius fiduciali apprehensione nos ab omni reatu culpae & poenae liberari ostendit. Cum autem credere velle, nostrarum non est virium; eius afflatus & viribus concessis Euangelio ad sensum praebemus, JESUM CHRISTUM DOMINUM nostrum appellamus & habemus, atque fiduciam in ipsius merito collocamus. Modo infirmitatibus nostris auxiliaturus, DEUM supplices adire atque deprecari iubet, sed ita, ut ipse, cum, quid oraturisimus, ut oportet, non nouimus, intercedat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, eo effectu, ut omniscius Pater, qui scrutatur corda, nouerit, (non cognoscat solum, sed etiam exaudiat) quis sit spiritus sensus. Modo autem firma fide & summa CHRISTUM fiducia apprehendentibus suadet, apud iudicem seuerissimum coram eius thro-
no ad iustitiam suam merito Salvatoris sui partam prouocare, & non liberationem solum a poena & culpa expostulare, sed quoque indesinenter instare, ut haereditatem DEI liceat ipsis adire. O nos beatos! quibus a clementia Patris & Filii eiusmodi causarum Patronus & Consolator concessus est, cuius ope omnes, qui illius consiliis non repugnant, nec iustitiae aut viribus suis confidunt,
iudi-

(o)

iudicium DEI, condemnationem atque mortem effugiant, & bonorum coelestium participes fiunt. Nonne DEO Trinuni ob gratissimum illud munus maximas agamus, & infinitas habeamus gratias? Nonne illum Spiritum veritatis, gratiae atque precum omni laetitia suscipiamus, animam & corpus nostrum ipsi domicilium & templum dicemus, & omni honore, deuotione ac pietate colamus? O deploranda hominum facies, qui Spiritum DEI & CHristi offendunt, expellunt, & veritatem eius malitiose scientes volentesque abnegant, contemnunt & persequuntur. Sicuti illi, quibus CHristi Spiritus non inest, ad CHristum non pertinent Rom VIII. 9. ita fieri non potest, vt, qui semel fuerint illuminati, gustauerintque donum coeleste, & participes facti fuerint Spiritus sancti, gustauerintque bonum DEI verbum, ac virtutes futuri seculi, si prolabuntur, denuo renouentur per poenitentiam, rursum crucifigentes sibi met ipsis filium DEI & ludibrio exponentes. Hebr. VI. 4.

In nobis autem, Cives O. O. Honoratissimi! Spiritus sancti festum pie peracturis Sermo CHristi inhalitet opulente cum omni sapientia: docendo & commone faciendo nos matuo psalmis, hymnis & cantionibus spiritualibus, cum gratia canentes in corde nostro Domino.

P. P. SVB SIGILLO ACAD.

ipsis Feriis Pentecostalibus

A O. R. MDCCXLVI.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004034199/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004034199/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004034199/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004034199/phys_0012)

DFG

tem nobis aperit, quae in DEO sunt, optime gnarus i Cor. II. 1
 latione autem Legis & factorum nostrorum facta, eorum c
 uenientiam cum Lege inspicere docet, nosque delictorum
 catorum arguit, & representatione iustitiae diuinae laesae
 nisque atrocissimis infernalibus nos securos commonefacit,
 & conterit. Longe alia itaque totius humani generis P
 est ratio, ac non nullorum proh in foro humano causidicoru
 clientibus suis modo fucum faciunt, modo ad quoduis f
 DEO & conscientiae contrarium impellere committendum
 eorum iniusta facta detegere, & a proposito malo deterre
 lunt. Sed genuinus noster Aduocatus in illo terrore nos n
 serit, ignorantiam suam confitendo, vel auxilium suum effi
 mum denegando. Consilia & nouit & suppeditat salube
 quibus initis, neque ante Judicis alias seuerissimi facie
 bescimus, neque actori nostro Mosi, & calumniatori Diabo
 cum bimus. Salutarem nobis Euangelii doctrinam de su
 tissima JESU CHRISTI DEI & hominis satisfactione prop
 eius fiduciali apprehensione nos ab omni reatu culpare &
 liberari ostendit. Cum autem credere velle, nostrarum
 est virium; eius afflatus & viribus concessis Euangelio
 sum praebemus, JESUM CHRISTUM Dominum nostrum a
 mus & habemus, atque fiduciam in ipsius merito collo
 Modo infirmitatibus nostris auxiliaturus, DEUM supplice
 atque deprecari iubet, sed ita, vt ipse, cum, quid oratur si
 oportet, non nouimus, intercedat pro nobis gemitis in
 bilibus, eo effectu, vt omniscius Pater, qui scrutatur corda, n
 (non cognoscet solum, sed etiam exaudiat) quis sit spirit
 fus. Modo autem firma fide & summa CHRISTUM fiducia
 hendentibus suadet, apud iudicem seuerissimum coram ei
 no ad iustitiam suam merito Salvatoris sui partam prouo
 non liberationem solum a poena & culpa expostulare, sed c
 indesinenter instare, vt haereditatem DEI liceat ipsis ad
 nos beatos! quibus a clementia Patris & Filii eiusmodi ca
 Patronus & Consolator concessus est, cuius ope omnes, q
 consiliis non repugnant, nec iustitiae aut viribus suis con



the scale towards document

Scan Reference Chart TE263 Serial No. 011
 Patch Reference numbers on UTT